

1. Circa l'invio di Tournon.¹

- a) Il Vescovo agostiniano di Ascalona Alvaro de Benavente,
Vicario apostolico di Kiangsi, al re di Spagna.

Canton, 7 dicembre 1707.

...Ducebat secum patriarcha [Tournon] ingentem hominum comitantium copiam, quae multum etiam augebatur magno numero missionariorum, qui se ipsi iungebant in Chinis. Tanta veluti aulicorum et servorum turba sufficere poterat cuilibet Nuntio Apost. Sedis ad faciendum Matriti ingressum satis superbum. Ad haec iam inde a principio affectabat ille dare signa suae auctoritatis non inter gentiles minus quam inter christianos, id quod penitus erat alienum ab eo more, quem tenere debent in China superiores. — Iunio mense profectus ipse eram Cantonem ad salutandum patriarcham. Commoratus apud ipsum per tres paene hebdomades, satis abunde didici, quod in suo procedendi modo non teneret consuetum ordinem et usitatas leges...

Archivio di Stato di Monaco, *Iesuitica in genere* fasc. 16, n. 278.

- b) Killian Stumpf al Viceprovinciale Monteiro.

Pechino, 29 maggio 1707.

De Rev^{ae} V., sociorum et totius missionis casu quantum doleamus Pekini, quis explicabit? Missionarii quidem caeteri de huiusmodi tristissimis eventis dolore simplici, quod videant sine causa interiisse vineam, quam excolebant, nos triplici afflictione conterimur: 1. omnibus communi, sed nobis acerbior, quo enim studiosius missionem nostris laboribus fovimus, eo profundius contristamur in eius excidio; insuper in

¹ Nelle carte lasciate dal defunto autore per l'appendice del volume XV si è trovato solo un documento, che qui porta il n. 17. Per colmare la lacuna, vengono qui riportati alcuni documenti riguardanti la questione dei riti cinesi. Se questi riguardano tutti il punto favorevole ai gesuiti, ciò viene giustificato dal fatto, che la parte avversaria mano mano ha messo in luce i suoi nelle numerose pubblicazioni giansenistiche e in quel tempo ha, in certo modo, dominato il giudizio degli storici. E così anche la scelta dei documenti può darci naturalmente soltanto un tentativo, poichè sul momento non è neanche da pensare ad una raccolta completa. Dove non è altrimenti notato, questi documenti si trovano nell'Archivio dei Gesuiti.